



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

In Brabantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

tum transfert. Idem templum alioqui augustissimum statuis XII. Apostolorum, itemque Euangelistarum & Ecclesiæ Doctorum egregiè adornauit: fontem quoque ex marmore in ipso eodem templo excitauit, & Bibliothecæ instituendæ atrium à fundamentis exstruxit.

Anno 1611. Balduinus Morean, religiosus Camberonensis typis Duaci publicat Regulam S. Benedicti cum xxx. exemplaribus manuscriptis collatam. A quo & plura ad Ordinis Benedictini atque instituti Cisterciensis illustrationem faciètia exspectamus.

*MONACHORVM  
INSTITVTI CISTERCIENSIS  
cœnobia, apud Belgas & Germanos inferiores.*

IN BRABANTIA.

**V**illarium, secundo lapide ab opido Géblaco, Abbatia diœcesis Namurcensis, anno 1147. fundata. *Willers.*

*Locus S. Bernardi*, ad Scaldim flu. secundo ferè lapide ab Antuerpia, Abbatia diœcesis eiusdem, anno 1230.

*Nisella*, sesquimilliarum ab opido Niulla, Abbatia diœcesis Namurcensis. *Niselle.*

*S. Saluatoris* cœnobium, vulgò *Petri Pots*

T 5 à fun-

à fundatore nuncupatum, in vrbe Antvverpiensi; Prioratus, vt vocant, diœcesis eiusdem, anno 1333.

**MONIALIVM ORDINIS**  
*Cistertiensis cœnobia.*

**C**amera B. Maria, Abbatia diœcesis Machliniensis, apud Bruxellam. **Cameren.**

*Aquiria*, quarto ferè miliari à Bruxella, Abbatia diœcesis Namurcensis. **Atwiers.**

*Rameia*, secundo ferè lapide ab opido Geldomia, Abbatia diœcesis Namurcensis.

*Parcum Dominarum*, anno 1215. primo lapide à Louanio, Abbatia diœcesis Machliniensis. **Brouwen Perck.**

*Vallis Florida*, secundo lapide à Louanio, versus VVauriam, Abb. diœces. Mechliniens. **Bau'xflori.**

*Vallis Virginum*, apud Lintras vicum celebrem, miliari vno à Thenis opido, Abbatia diœcesis Mechliniensis. **Maegdendael.**

*Nazarethum*, ad muros opidi Lirani, Abbatia diœcesis Antvverpiensis. **Nazareth.**

*Argentonium*, primo lapide à Gemblaco, Abbatia d. Namurcensis. **Argenton.**

*Vallis Ducis*, secundo miliari à Louanio, Abbatia diœcesis Mechliniensis. **Hertoghendael.**

*Binderensis* Abbatia, nobilium Virginum, aliàs *Locus Imperatricis*, diœcesis Siluiducensis, apud Helmondam Campaniæ Brabantiæ opidum. *Binderen*.

*Vallis Rosarum*, primo lapide à Mechlinia ad Netham fluuium, haud procul à Duffelia pago, Abbatia diœcesis Mechliniensis. *Rosendaete*.

*Vallis S. Bernardi*, in opido Distemio, Abbatia d. Mechliniensis, anno 1235.

*Rotthemensis* Abbatia, diœcesis eiusdem, miliari vno à Distemio. *Rotthem*. Vide anno 1235.

*Vvalteri Brania*, Abbatia diœcesis Namurcensis, primo lapide ab Hallis Hannoniæ opido. Vide anno 1229.

*Vinea nostra Domina*, in vrbe Louaniensi, Abbatia diœcesis Mechliniensis, vulgò *Sub-Castrense* monasterium dicitur, anno 1518.

## IN DVCATV LIMBURGENSI.

*Portzetum*, apud Aquas-Grani, Abbatia Virginum, d. Leodicensis. *Borset*.

## IN DVCATV LVCEBURGENSI.

*Aurea Vallis*, tertio ferè lapide ab Iuodio opido, Abbatia diœcesis Treuerens. *Druat*. anno 1131.

*S. Remigij*, Abbatia, dimidio miliari à Rupe-Forti, vulgò *Rochefort*, opido.

VIR-